



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Processio ad sanctum Ambrosium pro concilio sexto Prouinciali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

& clerus suo ordine ad Sanctum Ambro-
sium paulatim progrederit. sequuntur
tandem Reuerend. Canonici ordinarii,
& vniuersum Capitulum Metropolita-
næ, Reuerendissimi Episcopi, & ipse Il-
lustrissimus Metropolitanus, prælati plu-
rimi; plurimusque populus. In itinere
fuit ea quæ inferius adnotabitur ratio
psallendi & canendi, quæ etiam fuit im-
pressa, & omnibus Præpositis, Præfe-
ctis, & prælatis, ac aliis de more distri-
buta & consignata.

**Processio ad Sanctum Ambrosium pro
Concilio Prouinciali sexto.**

V. Dominus vobiscum p. Et cum spiri-
tu tuo. Antiphonæ processionales. Spi-
ritu principali confirma nos Domine.
Alleluia, Alleluia. Spiritus sanctus do-
cebit vos, Alleluia. Quæ oporteat dice-
re Alleluia. Redde nobis lætitiam salu-
taris tui, & spiritu principali confirma
nos Deus, Alleluia. Emitte spiritum
tuum & creabuntur, & renouabis faciem
terræ. Alleluia, Alleluia. Spiritus Do-
mini repleuit orbem terrarum, Allelu-
ia, & hoc quod continet omnia, scien-
tiæ habet vocis, Alleluia, Alleluia, Al-
leluia. Hymnus. Veni creator spiritus.
Hymnus, de sancto Ambrofio. Miracu-
lum laudabile, Hymnus de sanctis Mar-
tyribus Prothasio & Geruasio, Grates ti-
bi Iesu. Psalm. 103. Benedic anima mea
domino, domine Deus meus. Psalm. 47.
Magnus dominus & laudabilis. Psal. 100.
Misericordiam & iudicium. Oratio de
Sancto Ambrofio. Sancti Ambrosii nos
quæsumus. Omnes & singuli in proce-
ssione Breuiarium aut Psalteriū habeant
ad canendum & psallendum, ut supra.
Præpositi Ecclesiarum Collegiarum
hanc tabellā ipsi habeant, ex cuius præ-
scripto ecclesiæ sive canonicas, clero-
ve in tempore prænuncient, quem psal-
mum cantent.

In basilica sancti Ambrosij, Illustrissi-
mus Dominus Metropolitanus statas
orationes de Spiritu sancto, pro pecca-
tis, ac de Sancto Ambrofio, & sanctis
Martyribus Prothasio & Geruasio pa-
tronis, ante Altare maius consistendo
peroravit: & reuersus ad Metropoli-

nam, ipse ad sedem Pontificalem acce-
dit: & deposito plauiali, casulam & pal-
lium induit, & inde progrediens ad Al-
tare, Missam de sancto Spiritu more Am-
brofiano celebrauit. In qua primò bene
ditionem solemnum post Pater noster
ad præscriptum Pontificalis restitut .
Dum Missa celebratur, Reuerendiss. Pa-
tres Episcopi comprouinciales in cho-
ro in dextera parte in loco parum di-
stante à sede pontificali pannis viola-
ceis, & puluinaribus decenter ornato
concederunt. Missa verò absoluta, Illu-
strissimus Metropolitanus, & Reueren-
dissimi Episcopi in sessionem descen-
dunt, quæ hoc ordine disposita erat. Il-
lustrissimus Metropolitanus sella pre-
tiosa laminibus argenteis tecta ante al-
tare tribus gradibus eleuata, Reueren-
dissimi Episcopi inferius vtrinque sub-
sellii uno gradu eleuatis panno rubeo
tectis in forma emicyclorum dispositis,
& post eos Reuer. Capitulum Metro-
politanæ, ex opposito altaris & Metro-
politani, pluteus promotorum & Cancella-
rii panno serico tectus.

Primò omnes genuflexentes paulum
orant: tum assurgens Illustrissimus Me-
tropolitanus, preces recitat, cæteraque
omnia ad præscriptum Pontificalis agun-
tur: mox Euangelium per Reuer. D. Ar-
chidiaconum canitur, absolutoque Eu-
angelio, & thurificatione consueta, Illu-
striss. Dominus Metropolitanus Comi-
tante Reuer. Capitulo Metropolitanæ
suggestu ascendit, & orationem habuit,
vt supra in Concil. prouinc. 6. ad finem.

Illustrissimo D. Metropolitanu ad lo-
cum sessionalē reuerso, ad præscriptum
Pontificalis Hymnus, Veni creator &c.
ipso Illustrissimo præcidente, ac aliæ
statæ preces cantatæ sunt.

Omnibus in sessione & in loco bene-
ditionis ordine ut sup. confidentibus,
comparuerunt Reueren. Promotores, &
pro inchoando Concilio his conceptus
verbis institerunt.

Comparitio Promotorum. Illustriss.
& Reuerendiss. in Christo pater, & Do.
Metropolitane, patresque R. Deo Opti-
mo Maximo, à quo bona cuncta proce-
dunt, gratias agimus, quod optatus dies
iam pridem in Synodo prouinc. quinta
indictus,

indictus, initij Prouincialis Concilij sexti adeſt, Decimus ſcilicet huius mensis Maij. Non eſt nobis ignota preſtantissima charitas veſtra erga Deum & erga gregem vobis commiſſum.

Proinde inſtante iam die ſalutaris iſtius veſtræ actionis, & synodalium deliberationum, nos N. & N. & huius ſexti Conc. Prou. Promotores, ab Illuſtriss. Dominatione Reuerendiffimamq; Paternitate, auctoritate tua Metropolitana conſtituti, vt ex instrumento apparet quod R. D. N. Cancell. Archiepilc. Notarius publicus die ſeptimo huius Mensis Maij M. D. LXXXII. Pontif. Sanctiss. D. N. Gregorij Papæ XIII. anno Decimo confeſcit; primo illud ipsum instrumentum in parte & cauſis fauorabilibus tantum exhibemus: & pro publico & autentico pronunciari publiceque legi requiri mus. Et quoniam Sacroſancti Concilij Tridentini decreto (quod in ſessione vigesimatra, Capite ſecundo de reformatio ne excriptum etiam exhibemus, publiceque legi petimus) cauetur, tertio ſaltē quoque anno Concilium Prouinciale conuocari, & celebrari, proptereaq; ad illius preſcriptum Dei gratia & mu nere iam pridem Synodis Prouinciali bus quinque celebratis, nunc Concilij Prouincialis ſexti, in ſuperiori quinta Synodo, item Prouinciali decreto, quod etiam legi petimus, indiſti dies preſens adeſt: pro officijs noſtri munere inſtamus & requiri mus hoc Concilium Prouinciale ſextum iam tunc Metropolitanam auctoritatē, ex formula decreti Prouincialis quarti indiſti denun ciatum & promulgatum, hoc ipſo die per vos deliberari & declarari incipere & iam incepturn eſſe. Instamus pre terea & requiri mus omnes & singulos Reuerendiffimos Episcopos qui adiunt, & quocunque modo debent, nominati vocari; alios item, qui inuitantur; teſtes etiam synodales, & omnes alios quoſcumque vel generatim, vel ſpecia tim intereſt: vt ſi quid pro publica hu ius Prouinciaz utilitate habent, vel ſi quas controverſias item, quæ compone nda; ſint habent, ad hanc preſentem Synodum referant, cuius proſperum ſuc

Pars III.

ceſſum exoptamus & à Deo ſupplices, pijs orationibus precamur.

Intellecta Promotorum comparatio ne, & petitione, Illuſtriss. D. Metropoli tanus mandauit Instrumentum deputationis preadiſtum, ac decretū Tridentinum, & inductionem huius ſexti Concilij Prouincialis in ſuperiori quinto Concilio factum ad verbum à Cancell. Archiepiscopal alta & intelligibili ro ce in ſessione legi: & ita factum eſt.

Accedens poſtea Cancell. ad Illuſtriss. D. Metropolitanum, de ipſius manu decretum de aperiendo & inchoando Concilio accepit, & ascendens ambonem de ſcripto decretum de aperien da Synodo pronunciauit.

Eius decreti exemplum habetur ſu pra in actis Conc. I.

Hoc decreto recitato Cancell. de ſug gestu descendens, adhibitis R. Promotoribus ad Illuſtrissimum Metropolitanum & ad singulos Reuerendiffimos Pa tres accessit, qui ordine ſententiam ro gati, conueta formula omnes responderunt: Placet.

Sententijs omnium concordibus Il luſtrissimo Metropolitanō relatis, re pondit Deo gratias, & ſtatiſ decretum de initio Concilij promulgandum Cancell. dedit, vt infra.

Decretum de initio Concilij.

NO S Carolus Sanctæ Romanae Eccleſiae Presbyter Cardinalis tuli Sanctæ Praxedis, & Archiepifcopus Sanctæ Eccleſiae Mediolanensis, ad Dei omnipotentis, beataeque Mariae ſe pter Virginis, ac Sancti Ambroſij Con fessoris, & Beatorum Martyrum Pro thafij & Geruafij patronorum noſtrorum laudem, decernimus de consilio & con ſenſu Reuerendiffimorum DD. Coepi scoporum noſtrorum, hoc ipſo die, qui dies decimus eſt mensis Maij, adiutrice diuina misericordia, initium fieri, atq; adeo iam factum eſſe Concilij Prouincialis ſexti, quod in ſuperiori proxima Synodo Prouinciali quinta decreto edi to, noſtra Metropolitanā auctoritatē indiximus, denunciauimus & promul gauiſimus.

K Decreto.